

generali Minoritarum fratri Aloisio de Puteo  
cuius supplicationis tenor est. Supplicatur sa-  
etissimo Dño Pio Papæ quinto, vt sua sancti-  
tas dignetur confirmare & concedere omnia  
privilegia, & quascunque gratias etiam viuæ  
vocis oraculo concessas per bonæ memoriæ  
Paulum Papam Quartum, & alios Romanos  
Pontifices prædecessores Sanctitas suæ, cum  
singulis clausulis; & decretis & derogationi-  
bus in eis contentis fratribus ordinis mino-  
rum regularis obseruantie, ita vt illis gaudie-  
& vti possint, toties quoties opus fuerit,  
& eis videbitur. Ex quo ad illa eis quæ sunt  
restricta seu derogata per Conc. Trid. etiam  
vti possint in foro conscientię tantum. Et pō-  
tifex dixit, fiat. Et hęc concessio refertur in  
compendio societatis. [Este oraculo se guar-  
da authentico en el Colegio de sant Pablo de  
Mexico] Nec ista concessio fuit reuocata per  
Gregorium Tertium decimum, qui primo sui  
Pontificatus anno reuocauit ſoniam concessa per  
Pium Quintum ordinibus mēdīcantibus cō-  
tra decreta Concilij Tridentini, iuxta insupe-  
rioribus dicta. Nam respondeo quod Grego-  
rius Tertius decimus, ſolum reuocauit conceſſa  
a Pio quinto, in foro exteriori ad evitandas